

PRAXIS RERVM FORI ECCLESIASTICI,

ET VARIAE DECISIONES

NEDVM CVRIÆ ARCHIEPISCOPALIS NEAPOLIT. verum etiam aliorum Tribunalium Ecclesiasticorum eiusdem Regni, Causarum delegatarum, vel ad Consilium auctoris transmissarum.

IN QVA QVICQVID IN CVRIS ECCLESIASTICIS & SACULARIBUS frequentius occurrere solet, dilucide ac succincte continetur.

Accesserunt multiplicis argumenti quæstiones explicatæ, quarum clenchem octava pagina indicabit.

Opus sanè non solum Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Prelatis, verum etiam omnibus Iudicibus, tam Ecclesiasticis, quàm secularibus, maximè necessarium.

Auctore *Joh. Aloy. Riccio*

IOAN. ALOYSIO RICCIO VIRO PATRITIO NEAPOLITANO,
eiusdem Urbis Ecclesiæ Canonico.



COLONIAE ALEOBROGVN.

Apud Philippum Albertum.

M. DC. XXI.



Illustrissimo, & Reuerendis. Domino

D. DECIO CARAFÆ

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO

ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO,

Domino suo colendissimo.



CRIPSI non ita pridem, Cardinalis Illustris. multiplicis argumenti Responſa Amicis exigentibus, deq; Iure quærentibus, Varias præterea quæſtiones, & controuerſias, quæ in Foro hoc Archiepiſcopali Neapolitano tractantur, vnacum conſultiſſimis meis Collegis examinatas, deciſas, & definitas. Ea in ſchedulis diſperſa, & veluti in tenebris iacentia eorundem amicorum impulſu in hoc Volumẽ, delectu tamen habito, congeſta, ad communem omnium vtilitatẽ, in lucem proferre, & euulgare placuit. Sperant enim illi noſtra hæc ſcripta, qualiacunq; illa ſint, non omnino ingrata fore Iuriſprudentiæ candidatis, iis præſertim, qui forenſes cauſas pertractant. Porro ea Tibi, Pater Ampliſſime, inſcribenda, cuiusque auguſtiſſimo nomine cohoneſtanda, multis fanè de cauſis duxi. Vt enim omittam ſingularem beneuolentiam, qua me Amplitudo Tua Illuſtriſſima iam pridem proſecuta eſt, quæ viciffim aliquod obſeruantia in Te meæ Symbolum exigebat, cui aptius dedicanda illa fuerant, quàm Tibi Antifiti Iuriſconſultiſſimo, cuius eſt de huiusmodi iudicium ferre? in cuius præſertim domo, & Foro pleraque nata, cuiusdem quoque iudicij calculo confirmata fuerunt. Adde ea Amplitudini Tuæ Illuſtriſ. iure optimo deberi, cui me totum deuoui, meaque omnia tanquam Patrono optimo, & benemerenti ſunt iam pridem addicta. Accipe igitur, Cardinalis Ampliſſime, Opusculum hoc Tibi debitum mente, qua offertur, mole quidem exiguum, ſed hypotheſi maximum. Accipe, inquam, obſeruantia in te meæ perpetuum monumentum. Adde proſectò, Amplitudo Tua Illuſtriſ. mihi animum ad alia propediem edenda, quæ molior, grauiora, & vberiora. Interim precabor Dei clementiam, vt amplitudinem Tuam Eccleſiæ ſuæ, nobis que ſeruulis tuis incolumen, quàm diutiſſimè præſtet.

Amplitudinis Tuæ Illuſtriſ. & Reuerendiſ.

Humillimus, & Addictiſ. Seruus

IOAN. ALOYSIUS RICCIUS.



P R A X I S,
S E V C O L L E C T A N E A
D E C I S I O N U M R O T A L I V M.

I N M A T E R I A A L I E N A T I O N I S R E R U M E C-
c l e s i æ a d m e n t e m e x t r a u a g a n t i s, A m b i t i o s æ, d e r e b u s
E c c l e s i æ n o n a l i e n a n d i s, a c e t i a m p r o b a t i o n i s
i u r i s p a t r o n a t u s.

Iuxta dispositionem Concilij Tridentini.

A V C T O R E
I O A N. A L O Y S I O R I C C I O
P a t r i t i o N e a p o l i t a n o.

R E G V L Æ.

S Y M M A R I V M.

*Duo sunt necessaria, ad hoc, ut eccle-
siastica rei alienatio sit valida.*

RELECTIS solenni-
tatibus, quæ adhi-
bebantur olim in
alienatione rei ec-
clesiasticæ: hodie
verò in praxi duo
sunt necessaria,
iuxta mentem extrauag.
Ambitiosæ, de reb. eccl.
non alien. primo causa;
secundo solennitas, Couar.
var. resol. libr. 2. c. 17. nu. 2.
Molin. de contract. disp. 468.
Sarmiè. de redditibus, part. 1. c. 2.
Canal. dec. 35. nu. 31. & dec. 45. nu. 33.
part. 1. Retnerus sing. respon. li.

2. c. 1. Ann. conf. 38. volum. 1. & pluries
fuisse decisum in Rot. Lucens. testa-
tur Cornaz. decisio. 74. & dec. 67. &
pluries etiam fuisse in Rot. Roman.
decisum refert Farinac. dec. 206. 210.
& 596. Seraph. dec. 508.

C A V S Æ.

S Y M M A R I V M.

- 1 Euidens in alienationib. rei Ecclesie
utilitas requiritur. & ipsa est causa
finalis alienationis, nu. 7.
- 2 Quanam dicitur evidens utilitas.
- 3 Quot modis evidens appellatur, vel
non.
- 4 Utilitas per quem est probanda.
- 5 Qua sit vera ratio presumendi utili-
tatem, vel damnum.
- 6 Quanam est ratio ut utilitas evidens
per alienant in dictum non probetur.